ligata. Dixit eis Iesus, Solvite eū, & sinite abire. Cūm

Iesus in castellū: sed  
erat adhuc in illo lo-  
co ubi occurrerat  
ei Martha. Iudei er-  
go qui erant cum ea  
in domo; & consola-  
bantur eam, cùm ui-  
dissent Mariam quia  
citò surrexit et exi-  
secuti sunt eam dicē-  
tes, Quia vadiit ad  
monumentum, ut plo-  
ret ibi. Maria ergo  
cū venisset ubi erat  
Iesus, videns eum ce-  
cidit ad pedes eius  
& dicit ei, Domine si  
fuisses hic, n̄ c̄t mor-  
tuus frater meus. Ie-  
sus ergo vt vidit eā  
ploratē, & Iudeos q  
venerant cū ea, plo-  
rantes, in fremitū  
spū, & turbauit seip-  
sum, & dixit, ubi po-

Dominus IESVS super asinā in Hierusalē ingreditur. Mat. 21.

**C**um appropinquasset Hierosolymis et uenisset Bethphage ad motē Oliveti, tūc IESVS misit duos discipulos, dicens eis, Ite in castellū, quod cōtra vos est, & statim inuenietis asinā alligatā, et pullū cū ca:soluite, et adducite mihi: es si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dñs his opus hēt, & cōfestim dimit tet eos. Hoc autē factū est, ut adimpleretur qđ dictum est p prophetā dicentem, Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus et sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Eentes autem discipuli, fecerunt sicut precepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam et pullum: & imposuerūt sup eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autē turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cedebant ramos de arboribus, & sterne bant in via; Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes, Hosanna filio Dauid: Benedictus qui venit in nomine Domini: hosanna in altissimis. Et cum intrasset Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas dicens, Quis est hic? Populi autem dicebant, Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilæa. Et intrauit Iesus in templum Dei, & eyciebat oēs vendentes & emētes in templo, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit: & dixit eis, Scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis



## Meditatio Metrica trilinguis in I X. Aue Maria.

Hispanicè.

**B** Endicta tu y el loor  
Del bendicto Rey y Bien  
Que viene à Hierusalé  
E nel nombre del Señor:  
Entrada de gran honor  
Aquel sumimo Rey hacia.  
Obendicta Aue Maria,  
Gratia plena, &c.  
Italicè.

fecistis illā speluncas  
latronum. Et accesser-  
runt ad eum cæci &  
claudi in Templo, &  
sanabit eos. Videntes  
autem príncipes sacer-  
dotum & scribæ mi-  
rabilia quæ fecit, &  
pueros clamantes in  
templo & dicentes,

**O** Benedetta tu e quel gran clamore Osanna filio Dauid,  
Hosanna risonato al Re che viene indignati sunt, & di-  
xerūt ei, Audis quid  
A te Hierusalem, come conuiene,  
Benedetto nel nome del Signore. isti dicunt? Iesus autē  
Entrada Real fè di grand' honore, dixit eis, Utique. Nū  
Sopra vn giumento viene il sōmo Bene quam legistis, quia ex  
Contra la vana pompa e bizzaria. ore infantium & la-  
O Dolce, obenedetta, Aue Maria, etentiū perfecisti lau-  
Gratia plena &c. dem? ] Isa. 62. Ecce  
Latinè. Dominus auditum fe

**E** Cce iumento sedet ille regum cit in extremis terræ,  
Rex, boāt turbæ, Benedictus, aiūt, dicit filiae Sion, Ecce  
Qui venit Rex in Domini superni Saluator tuus uenit:  
Nomine missus, Aue Maria. &c. Ecce merces eius cū  
eo, & opus eius coram illo. Zacha. 9. Exulta satis filia Sion: iu-  
bila filia Hierusalem, Ecce Rex tuus veniet tibi iustus & Sal-  
uator: ipse pauper & ascendens super Asinam & pullum filium  
asinæ. Et disperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Hi-  
rusalem: & dissipabitur arcus belli, loquetur pacem gentibus  
& potestas eius à mari usq; ad mare, & à fluminibus usq; ad  
fines terræ. ] Remig. Saluator noster asino sedens Hierosolimæ  
redit. qn Ecclesiæ vniuersali, vel cuicunq; animæ fideli p̄sidēs,  
eā in hoc seculo quasi iumentū regit, & post hāc vitā ad visionē  
caelstis p̄æ introducit. Pōpam mundi nō parum uituperauit:

Cum

Cœna Domini & institutio S. Eucharistiae. Luc. 22.

**C**VM facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cū eo, & ait illis, Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, anteq̄ patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit, Accipite & diuidite inter vos. Dico enim vobis, quod nō bibam de generatione uiris, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane gratias egit & frexit, & dedit eis dicens, Hoc est corpus meū qđ p̄ uobis datur. Hoc facite in meam cōmemorationē. Similiter et calicem, postquā cœnauit dicens, Hic est calix nouum testamentū in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Mat. 26. Cœnantibus autem eis accepit Iesus panē, & benedixit ac frexit, deditq̄ discipulis suis & ait, Accipite, & comedite, Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, et dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum. Mar. 14. Et manducantibus illis, accepit Iesus panem: & benedicēs frexit & dedit eis, & ait, sumite, hoc est corpus meū. Et accepto calice gratias agens dedit eis: et biberunt ex illo oēs: Et ait illis. Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur, &c. Et hymno dicto exierunt in mōtem olivarum. 1. Cor. 11. Ego enim accepi à Domino, quod, & tradi



*Meditatio Metrica trilinguis in X. Aue Maria.*

Hispanicè.

**B**Endicta tu , y El que cena  
Con los suyos, donde acaua,  
Y luego los pies les laua,  
Iuncta toda la Docena :  
Instituye en hora buena  
La sagrada Eucaristia:  
O bendicta Aue Maria ,  
Gratia plena &c.

Italicè.

**O**Benedetta tu e'l Signor che cena  
Con li suoi Discepoli che amaua,  
Et loro piedi il buon Maestro laua,  
Con humiltà di charitate piena.  
Con alta Maeſtà graue e ſcrena .  
A tauola ſedendo come ſtau,   
Ordenò la ſacrata Eucaristia:  
O dolce, o benedetta, Aue Maria  
Gratia plena, &c.

Latinè.

**V**Ultima cœna . Pedibusq; lotis ,  
Eucharistiam instituit Magister, ciabitis donec ueni-  
Qui ſuum corpus pius & cruorem at. Itaq; quicūq; mā-  
Dat ſibi char. s. Aue Maria. &c. duauerit panē hunc  
vel biberit calicem Domini indignè , reus crit corporis et ſāgui-  
nis Domini. Probet autem ſeipſum hō: & ſic de pane illo edat,  
& de calice bibat. Qui enim manducat & bilit indignè: iudi-  
cium ſibi manducat & bilit, non dijudicans corpus Domini.  
Ps. 110. Memoriam fecit mirabilem ſuorum , misericors &  
miferator Dominus: escam dedit timentibus ſe. Ioan. 13. Sur-  
git à cœna, et ponit vefimenta ſua, et cum accepiſſet linteū, præ-  
cinxit ſe. Deinde misit aquam in peluim & cæpit lauare pedes  
discipulorum, &c. Exemplum, ait, dedi vobis, ut quemadmodū  
ego feci uobis, ita & uos faciatis.

di vobis; Quoniā Do-  
minus Iesuſ ī qua no  
Ete tradebatur, acce  
pit panem, et gratias  
agens fregit et dixit,  
Accipite & mandu-  
cate, hoc eſt corpus  
meum, quod pro vo-  
bis tradetur: Hoc fa  
cite in meam comme  
morationem. Simili-  
ter & calicem poſt q  
cœnauit dicens, Hic  
calix nouum testamē  
tū eſt in meo ſanguine. Hoc facite quoties  
cunq; bibetis in mā  
cōmemorationē. Quo  
tiescunque enim mā-  
ducabitis panē hunc  
& calicem bibetis,  
mortem Domini anū  
ciabitis donec ueni-  
at. Itaq; quicūq; mā-  
duauerit panē hunc  
& calicem bibetis,

Panem

## Ad secundæ Decadis Orationem Dñicam Meditatio.

**P**anem Angelorum manducauit homo. Ps.77. Sap. 16. An gelorum esca nutriuisti populum tuum: & paratum panem de cœlo præstisisti eis sine labore, omne delectamentum in se ha bentem, & omnis saporis suavitatem. Ps.140. Pane cœli sati rauit eos. Io.

6. Ego sū panis uiuus, qui de cœlo de scendi . Si q̄s manduca uerit ex hoc pane, uiuet ī eternū: et pa nis quem e go dabo, ca ro mea est p mundi vita. Ego sum pa nis vitæ. Pa tres v̄i mā duauerunt manna , & mortui sunt. Hic est panis de cœlo de scendēs. Ut si quis ex ip so manduca

uerit, non moriatur. ibid. Amen amen dico vobis, Nisi mandu caueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem , non habebitis uitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bi bit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscita bo eum in nouissimo die. Caro .n. mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus : qui manducat meam carnem, & bibit

meum



## Meditatio Metrica trilinguis ad Orationem Dominicam.

Hispanicè.

**I**Mmenso Dios admirable  
Estremo qual adorè,  
Sacramento tal nos dè  
Vida y gloria perdurable,  
Sei nos siempre fauorable,  
Da nos lo que conuenia,  
Por la bendicta Maria.

Pater noster &amp;c.

Italice.

**I**Mmenso Saluator Re celestiale,  
Estremo del amor che amor ne pone,  
Sacramento tanto alto Don ne done  
Vita, gratia, virtù, gloria eternale.  
Sempre cō noi ne guarda tu da male:  
Dane benediction, consolatione,  
Buon fin con tal viatico e tal via,  
Per la Vergin' dolcissima Maria.

Pater noster, &amp;c.

Latinè.

**O**Pater noster, tui amore Nati  
Nos ama, cura, refoue, tuere,  
Facq; sinceros, Dominiq; Sacro  
Corpore dignos. Pater noster. &c. dis tui iugiter virtu-  
tibus exornare, vt sponsus mansioñē cum benedicto Patre suo  
faciat apud te. Et tunc coram Angelis & Archangelis erit ti-  
bilaus, gloria, & gloriatio, & cum magna exultatione &  
gaudio ingredieris in Paradisū. Esto fidelis, ac innocens, partici-  
pa immaculato corpori Domini tui fide plenissima, certus q  
Agnus ipsum integrum comedis. Ignis immortalis sunt Myste-  
ria Christi: noli temerè ea perscrutari, ne in ipsorum perscruta-  
tione comburaris. Hoc sanè excedit omnem admirationem, om-  
nem mentem, omnemq; sermonem, quod facit nobis vnigenitus  
filius Christus Saluator noster.

meū sanguinē, in me  
manet, & ego in illo.  
Mat. 6. Pater noster  
qui es in cœlis, sancti  
ficitur nomē tuum:  
Adueniat regnū tu-  
um. Fiat voluntas  
tua sicut in cœlo &  
in terra. Panem no-  
strum supersubstan-  
tialē da nobis hodie.  
&c. S. Ephræm. A  
nima nostra sponsa  
est immortalis Spon-  
si. Copula autem nu-  
ptiarum cœlestia Sa-  
cramenta sunt: quia  
cum manducamus  
ipsius corpus et san-  
guinem bibimus, &  
ipse in nobis est, &  
nos in eo. Attende er-  
go tibi ipsi, frater, fe-  
stina thalamum cor-

Egressus

Orat in horto Christus Dominus. Luc. 22.

**E**gressus ibat secundum consuetudinem in montem Olivariū. Secuti sunt autem illum & discipuli. Mat. 26. Tunc uenit Iesus cum illis in villam quae dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis, sedete hic donec vadam illuc & orem. Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mestus esse. Tunc ait illis, Tristis ē anima mea usq; ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum. Luc. 22. Orate ne intretis in tentationem. Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis, et positis genibus orabat dicens, Pater, si uis, transfer calicem istum à me: Veruntamen, nō mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem ci Angelus de cœlo confortans eū. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentes in terram. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. Matt. 26. Et dicit Petro, Sic non potuistis una hora vigilare mecum? vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidē promptus est, caro autem infirma. Iterum secundò abiit & orauit dicens, Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. Et venit iterum & inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati. Et reliquit illis iterum abiit, et uanit tertio eundem sermonem dicens. Tunc uenit ad discipulos



## Meditatio Metrica trilinguis in. I. Aue Maria.

Hispanicè.

**B**Endicta tu y el que oraua  
En el huerto congoxado.  
Con agonía angustiado  
Gottas de sangre sudaua,  
El spirito pronto estaua,  
Mas la carne se affligia.  
O bendicta Aue Maria,  
Gratia plena &c.

Italice.

**O**Benedetta tu e'l tuo Amor che ora  
Al Padre celestiale contristato sua  
Nell'horto, i tata angostia, i tale stato,  
Che gociole di sangue egli sudaua :  
Lo spirito à patir pronto si stava,  
Ma la carne era inferma. Trauagliato  
Si vide il Redentor in sua agonia .  
O dolce, o benedetta, Aue Maria  
Gratia plena, &c.

Latinè,

**A**D Patrem flexis genibus precatur  
Trāsitū mortis, Calicemq; cernens; illius linge. Idem. Po  
Sanguinis guttas in agone sudans  
Orat in Horto. Aue Maria &c.  
tuā adorās in agonia, Dñe Iesu; Et Angustias quidē cordis tui  
dulcissimi certissimè indicabat sudor ille sanguineus qui oñonis  
tpe de sanctissima carne tua guttatum decurrebat in terrā. Dñator  
Dñe Iesu, vnde aīe tuā tā vehemēs tristitia? vnde tata sudo  
ris anxietas, & tā anxia supplicatio? nōnē volūtariū sacrificiū  
Deo P̄ri obtulisti, & nihil inuitus pertulisti. Utq; Dñe, Sed &  
hoc quoq; ad cōsolationē infirmorū mēbrorū tuorū assūpsisti,  
ne forte desperet quis, si caro ifirma remurmuret, ubi ad passio  
nē prōptus est sp̄us. Angelus apparuit ei Hūc Angelū fuisse di  
cū S. Michael ē cœlestis militis Principē.

los suos, et dicit illis  
dormite iam et rege  
Scite; ecce appropin-  
quauit hora, et filius  
hominis tradetur in  
manus peccatorū. ]  
Remi. In horto Domini  
nus orauit, & capi  
voluit, vt ostenderet  
q; satisfacere vne-  
rat pro peccato pri-  
morum parētū com-  
missō i hortū, i. in ter-  
restri Paradiso: vel  
q; per passionem suā  
nos i hortū Paradisi  
coronandos introdu-  
cit. Anse. Quid stan  
Accurre & suauissi  
mas illas sanguinei  
sudoris guttas labe,

¶ Adhuc



## Meditatio Metrica trilinguis in II. Aue Maria.

Hispanicè.

**B**Endicta tu y el Cordero  
Que delos lobos fue preso :  
Del Traidor que le dio el beso  
Vendido por vil dinero:  
Preso el Pastor bueno y vero,  
El ganado se sparcia.  
Obendicta Aue Maria,  
Gratiæ plena, &c.

Italice.

**O**Benedetta tu e'l tuo dolce Agnello  
Da gli rapaci lupi preso e oppresso,  
Quel suo Traditor li lascia adesso,  
Veduto in prezzo vil da quel ribello.  
Gia pso il buon Pastor formoso e bello,  
Il gregge si spargeua da se stesso;  
Dal Pastor & dal pascol' si desuia.  
O Dolce, o benedetta, Aue Maria,  
Gratia plena &c.

Latinè.

**V**Endit infandus Dñm minister,  
Osculo tradit simulator effrons:  
Captus est Pastor bonus ille, gressq;  
Spargitur eius. Aue Maria &c.  
ce illud ad statuariū, decorū pretiū quo apretiatus sum ab eis.  
Psal. 3 c. Qui videbat me, foras fuderunt a me. Ps. 141. Consi-  
derabam a dexteram, ut viderem, & non erat qui cognosce-  
ret me. Ansel. Signo quod acceperant a duce flagitiū, teipsum  
manifestasti Dñe, Nā accendentem ad osculum sanctissimi oris  
tui cruentā bestiā auersatus non es: sed os in quo dolus inuen-  
tus non est, ori quod abundabit malitia dulciter applicuisti. O  
innocens Agne Dei, quid tibi & lupo illi? Qua cōuentio Christi  
ad Belial. Sed et hoc benignitatis tuae erat Dñe ut oīa illi exhibi-  
beres q̄ praui cordis sui p̄tinaciā emollire potuissent. E 2 Co.

Qui manducat mecum  
panem leuauit cōtra  
me calcaneum suum.  
Zach. 13. Phramea  
suscitare super passio-  
rem meum, & super  
virū cohæretē mihi,  
dicit Dominus exer-  
citū. Percute pasto-  
rem & dispergentur  
oues, &c. Esa. 53. Oēs  
nos quasi oues errau-  
mus: unusquisque in  
viam suam declina-  
uit: & posuit Domi-  
nus in eo iniquitates  
omnium nostrū. Oblia-  
tus est, quia ipse vo-  
luit. &c. Zac. 11. Ac-  
ceperunt triginta ar-  
genteos pretium ap-  
pretiati. &c. Et appē-  
derunt mercedē meā  
30. argenteis. Et di-  
xit Dñs ad me, Proij

Ducitur Christus Dominus ad Annam. Ioan. 18.

**C**ohors ergo & tribunus & ministri Iudeorum comprehen-  
derunt Iesum. & ligauerunt eum, et adduxerunt eum ad  
Annam primum; erat n. sacer Caipha, qui erat Pontifex anni  
illius, &c. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis eius,  
& de doctrina eius. Respondit ei Iesus. Ego palam locutus sum  
mundo. Ego semper do  
cui in synagoga, & in  
templo quo omnes Iu-  
dai conueniunt: & in  
occulto locutus sum ni-  
hil. Quid me interro-  
gas? Interroga eos qui  
audierunt quid locutus  
sim ipsis: ecce hi sciunt  
quæ dixerim ego. Hæc  
autem cum dixisset, v-  
nus assistens ministroru-  
m dedit alapam Iesu di-  
cens, Sic respondet Pö-  
tifici? Respondebit IESVS,  
Si male locutus sum, te  
stimonium perhibe de  
malo: si autem bene,  
qd me cædis? ] Ps. 21.

Circundederunt me ca-  
nes multi, consilium malignantium obsecravit me; & circundede-  
runt me uituli multi: tauri pingues obsecraverunt me. Thren. 3. Da-  
bit pereudenti se maxillam: saturabitur opprobrijs. Ephraem,  
Ipse omnium conditor Deus noster & Dominus, ante Annam,  
& Caipham sicutur, quasi unus ex reis: unusque ministrorum ei  
alapam dedit. Tremuit cor meum hæc omnia cogitans. Sedet ser-  
vus, Dominus stat: & q[uod] plenus erat sceleribus contra insontem  
atq[ue] ab omni peccari labe alienum sententiā dictat. Contremuit  
pæli fundamenta orbis terræ concussa sunt: expauerunt Ange-  
li



## Meditatio Metrica trilinguis in III. Aue Maria.

Hispanicè.

**B**Endicta tu y el que andaua  
Ligado de las sus manos,  
Cercado de mil Alanos  
De lante de Annas estaua:  
Que boffetada le daua  
El Can por que respondia?  
O bendicta Aue Maria,  
gratia plena &c.

Italicè.

**O**Beedetta tu e'l tuo Amor ch'ādaua  
Così preso e legato delle mani;  
Circondato il Agnel da mille cani  
Dauanti del Pontefice Anna staua.  
Oi me. quale guanciata già gli daua.  
Quel Can? A lui cui l'Angeli soprani  
Adoran', gloria dan' con melodia.  
O dolce, o benedetta, Aue Maria,  
gratia plena &c.

Latinè.

**D**Vcitur vinctis manibus, furente  
Turba, ad Annā Pontificē: rogatur: formauerat alapam  
Dumq; respondet, tū alapam dat illi accipit. Dic minister  
Trux canis ille. Aue Maria. &c. infelix, dic serue ne-  
quā, cuius rei gratia Dominum alapis cādis? Serui quidem oēs  
cū liberi efficiuntur, accipiunt alapam, vt mortali libertate po-  
tiantur. At ipse, o infelix, cū sic omnium liberator, iniustē alapa  
cāditur. Alapā quidē dedisti oīum Dño: sed seruus seruorū fa-  
etus es in ēternū opprobriū et abominatio oīum ēterno damna-  
tus incēdio. Grāde miraculū stuporis plenissimū est cernere Xpi  
Regis ac Dñi nři mansuetudinē. Palma cāssus à seruo, rationa-  
bile prudēterq; r̄ndit cū oī mansuetudine ac reuerētia. Seruus  
furit, Dñs patit. Irascit seruus, Dñs ī sua benignitate persistit.  
Quis tuā, o mitiss. Dñe, patiētiā aut ferre aut explicare possit?

lōmnes atq; Archā  
geli, Michael & Ga-  
briel facies suas alis  
contexerunt, Cheru-  
bim tremētia sub ro-  
tis se abdiderunt, Se-  
raphim illa hora a-  
las adinuicem colli-  
sisse visa sunt, cū da-  
ret minister iniquita-  
tis alapam Domino  
maiestatis. Quomo-  
do igitur non protule-  
runt fundamēta ter-  
ræ motum atq; tre-  
more, cū hora illa cō-  
tumelijs affici crea-  
torem suū cerneret?  
Creator qui de pulue-  
re terræ hominem p  
gratiā finxerat, à  
manibus, quas ipse

Dicitur Christus Dominus ad Caipham. Ioan. 18. Mat. 26:  
**E**t misit eum Anna ligatus ad Caipham Pontificem. At illi tenetes Iesum duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi scribæ & seniores conuenerant: Principes autem sacerdotum & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, ut cum morti traderet, & non inuenierent, cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt, Hic dixit. Possum destruere templū Dei, & post triduum reædificare illud. Et surgens princeps sacerdotum ait illi, Nihil respondeas ad ea quæ isti aduersū te testificatur? Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius Dei? Dicit illi Iesus, Tu dixisti. Verumamen dico vobis, Amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli: Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam: quid vobis videtur? At illi respondentes dixerūt, Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eius ecederunt: alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes. Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? ] Ps. 21. Aperuerūt super me os suum, sicut leo rapiens et rugiens: Ps. 26. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Dion:



## Meditatio Metrica trilinguis. in. I II I. Aue Maria.

Hispanicè.

**B**Endicta tu, y el paciente,  
Que lleuan à Caiphas luego,  
Do los ciegos como en Iuego  
Le uelan ojos y frente:  
Bossetadas la ruin gente.  
Le pegauia y le scupia.  
O bendicta Aue Maria,  
Gratia plena &c.

Italice.

**O**Benedetta tu e'l tuo Amor patiente  
. A Caifa Pontifice menato :  
O quāte ingiurie e beffe hā sopportato,  
Velando gli suoi occhi la vil gente ?  
E schiaffi, e sputi, e colpi , atrocemente  
Gli dauan scelerati al incolpato.  
Pagando la mia colpa tal patia.  
O Dolce, o Benedetta, Aue Maria.  
Gratia plena &c.

Latinè.

**H**Inc & ad Caiphā retulere vinctū,  
Cuius & velant faciem, feruntq;,  
Heus prophetiza bene iā quis istas  
Dat tibi palmas? Aue Maria. &c.  
bus, & conspuentibus in me. Et illud Job 16. Aperuerūt super  
me ora sua , & exprobrantes percussernut maxillam meam,  
saturati sunt pænis meis. Anselmus. Cōcilio malignatiū aduer  
sū te pōtificū presentatus es, & veritatē prout oportuit confes  
sus, quasi de blasphemia adiudicatus es morti . Amantissime  
Dñe Iesu, quāta ipse indigna à propria gēte pertulisti? vultum  
tuū honorabile, in quē desiderāt Angeli p̄spicere, qui oēs cœlos  
adiplet lētitia, quē deprecātur oēs diuites plebis, pollutis labijs  
et sputis inquinauerūt, sacrilegis manibus ceciderūt, et operue  
runt ī derisionē. et te Dñm uniuersi tāq; seruū vilē colaphizarūt.

Dion. Cart. Mirandū  
ē quod vnigenitus fi  
lius Dei , Dñs virtu  
tū, Rex gloriæ, tāta p  
nobis pati dignatus  
est: et prorsus dignū  
& iustum ē , vt ei cō  
patiamur eius passio  
nibus conformemur,  
iuxta illud Petri Chri  
stus passus est pro no  
bis , vobis relinquēs  
exemplum, vt sequa  
mini vestigia eius: qā  
cū malediceretur, nō  
maledicebat, cum pa  
teretur, non cōmina  
batur. Cū hæc agerē  
tur, impletum est qđ  
p Esa. 50. loquit Xps  
Dñs. Corpus meū de  
di percutientibus, et  
genas meas vellen  
tibus: Faciē meā non  
auerti ab increpanti  
bus, & conspuentibus in me. Et illud Job 16. Aperuerūt super  
me ora sua , & exprobrantes percussernut maxillam meam,  
saturati sunt pænis meis. Anselmus. Cōcilio malignatiū aduer  
sū te pōtificū presentatus es, & veritatē prout oportuit confes  
sus, quasi de blasphemia adiudicatus es morti . Amantissime  
Dñe Iesu, quāta ipse indigna à propria gēte pertulisti? vultum  
tuū honorabile, in quē desiderāt Angeli p̄spicere, qui oēs cœlos  
adiplet lētitia, quē deprecātur oēs diuites plebis, pollutis labijs  
et sputis inquinauerūt, sacrilegis manibus ceciderūt, et operue  
runt ī derisionē. et te Dñm uniuersi tāq; seruū vilē colaphizarūt.

Dicitur Christus Dominus ad Pilatum præsidem. Mat. 27.

**M**ane autem factō consilium inierunt omnes principes sa-  
cerdotū & seniores populi aduersus Iesum, vt eum mor-  
ti traderent. Et vincitum adduxerunt eum, & tradiderunt Pō  
tio Pilato præsidi. Tunc vidēs Iudas qui eum tradidit quod dā  
mnatus esset: pœnitentia dubius, retulit triginta argenteos prin-  
cipibus sacerdotum &  
senioribus, dicens, Pec-  
caui, tradens sanguinē  
iustum. At illi dixerūt,  
Quid ad nos? Tu vide-  
ris. Et pieatis argenteis  
in templo, recessit: &  
abiens, laqueo se suspen-  
dit. Principes autē sa-  
cerdotum, acceptis ar-  
genteis, dixerunt, Non  
licet eos mittere in Cor-  
banam: quia pretiū sā-  
guinis est. Consilio autē  
inito emerūt ex illis a-  
grum figuli, in sepultu-  
ram peregrinorū. Pro-  
pter hoc vocatus est a-  
ger ille Haceldama;  
hoc est, ager sanguinis,  
usq; in hodiernū die. Tūc impletum est quod dictum est per Hi-  
rem. prophētam dicentem. Et acceperunt triginta argenteos pre-  
tiū appretiati quem appretiauerunt à filiis Israēl: Et dederūt  
eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Iesus autem  
stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses dicens, Tu es  
Rex Iudeorum? Dicit illi Iesus, Tu dicis. Et cum accusaretur  
à principibus sacerdotum & senioribus, nil respondit. Tunc di-  
cit illi Pilatus, Non audis quanta aduersum te dicunt testimoniā?  
Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur præ-  
ses vehementer. &c. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad



## Meditatio Metrica trilinguis in V. Aue Maria.

Hispanice.

**B**Endicta tu y el que lleuan  
Al Iuez Pontio Pilato,  
Do con mal pleito, mal tracto,  
Accusado le repreueban,  
Con falsas cautelas prueban  
Que la muerte merecia,  
Obendicta Aue Maria,  
gratia plena &c.

Italice.

**O** Benedetta tu e'l tuo Ben' che drittò  
Tradiro al infidel Pontio Pilato,  
Innanzi de colui han accusato  
L'Agnello senza macula e delitto.  
Tacena come muto tanto afflitto,  
Secondo che era scritto e profetato  
Per la penna e la bocca de Esaia:  
O dolce, o benedetta, Aue Maria,  
gratia plena &c.

Latiniæ.

**H**inc enim tradit ferā gens Pilato  
Præsidi insontē: Crucifige, dicūt, significans qua mor-  
Hunc reum mortis, refertintq; falsa te esset moriturus:  
Testificantes. Aue Maria &c. *Luc. 23.*: Ait autem  
Pilatus ad principes sacerdotum & turbas, Nihil inuenio cau-  
sæ in hoc homine. At illi inualescebant dicentes, Commouet po-  
pulum docens per uniuersam iudæam incipiēs à Galilæa usq;  
huc. Pilatus autem audiēs Galilæā, interrogauit si Galilæus es-  
set, &c.] *Esa. § 3.* Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi as-  
gnus corā tondente se obmutescet, & nō aperiet os suum. *Lud.*  
*Car.* Considera quātū se humiliauit Iudex totius creaturæ con-  
stitutus à Patre, ut acquiesceret stare ante iudicē terræ iudæa:  
Et qui est ipsa veritas, pp nos falsis testimonij s accusari digna-  
tus est, ut nos in veritate fundaret;

eūm vxor eius diceſſ,  
Nil tibi & iusto illi:  
multa n. paſſa ſunt  
hodie per uisum pro-  
pter eum. *Ioan. 19:*  
Dixit eis Pilatus,  
Quam accuſationem  
affertis aduersus  
hunc homēm? Re-  
ſponderunt, & di-  
xerunt ei. Si nō eſſet  
hic malefactor, non  
tibi tradidiffemus eū:  
Dixit ergo eis Pila-  
tus, Accipite eū uos  
& ſecundum legē ve-  
ſtrām iudicate eum:  
Dixerunt ergo ei iu-  
dici, Nobis non liceat  
interficere quemquā,  
ut ſermō Iēſu imple-  
retur quem dixit, ſi-  
gnificantis qua mor-  
te eſſet moriturus:

Mittitur ad Herodem à Pilato Christus Dominus. *Luc. 23.*

**V**T cognouit Pilatus, quod de Herodis potestate c̄set, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu gauisus est valde: erat n. cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audiret multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabat autem principes sacerdotum & scribæ constanter accusantes eū. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant adin vicē.] *Dio. Car.* Omnia ista cōsiderāda sunt nobis ad compassionem, ad imitationem, & gratiarum actionem. Consideremus ergo quā opprobriosissimè fuerit Christus Dominus Pilato oblatus, quā falsissimè accusatus, q̄ mansuetè, patienter ac silenter se habuit, sic q̄ omnem mundi vanitatem, & gloriam contemnamus, verborum iniurias ac mendaces accusationes equanimiter toleremus. Spreuit illum Herodes cum exercitu suo, tanq̄ simplicem & fatuum, eo q̄ nec sibi, nec accusatoribus quippiam responderet. vnde in *Iob* scriptum est, *Deridetur iusti simplicitas.* Et illusit indutum veste alba vt solent fatui derideri. Et sic filius Dei dignatus ē de iudice ad indicē mitti, ac ita derideri; vt, nos rei



## Meditatio Metrica trilinguis in VI. Aue Maria.

Hispanicè.

**B**Endicta tu y el que fué  
Al Rey Herodes imbiado;  
De quien torna despreciado;  
Affrentado sin por què:  
La negra gente sin fè  
Blanca ueste le vestia.  
Obendicta Aue Maria.

Gratia plena &amp;c.

Italice.

**O**Benedetta tu e'l tuo Agnel' māsuetō  
Che da Pilato à Herode fu mādato,  
Dal qual cō ueste bianca fu sprezzato  
Burlato dal Re van', superbo, e lieto.  
Parlandoli egli assai, tace quieto,  
Ne parola risponde interrogato:  
Rimandato à Pilato il Re l'inuia.  
O dolce, o benedetta, Aue Maria,  
gratia plena &c.

Latinè.

**M**issus Herodi tacuit rogatus:  
Spretus, illususq, & amictus alba  
Veste, tractatur fatuus ut aimens  
Agnus Amandus: Aue Maria, &c.  
tus Dei Patris propter nos ita derideri dignatus est, cur nos infirmi, ignorantij pleni, & vitijs obtenebrati, voluimus sapientes & virtuosi reputari, & irrisoribus nostris protinus indignari? Ludol. Car. Considera quanta fatigatio fuerit Christo sic diuici & reduci de iudice ad iudicem. Fuit n. primò presentatus, Annæ, secundò Caiphæ: tertio ductus ad Pilatum: quartò missus ad Herodem: quintò remissus ad Pilatū. Recogitet hō quād oportet nos oēs exhiberi aīn tribunal Xpi: et iō ipse prius pro nobis impijs exhiberi voluit ante tribunal alicuius iudicis, vt nos initisi ante tribunal iusti iūdicis cū fiducia comparere possemus.

rei à iudicio reprobationis ac damnationis æternæ libera-remur, ac à dæmonum illusione eripemur, stolaq, immortalitatis ac gloriæ vestiamur, et mérito Christi uerae sapientiae consortes ac filij efficiamur. Itaque gloriemur quando despicimur, nec vestium pōpam, superfluitatem & curiositatem amemus: sed quid Dominus cē Saluator noster prō nobis passus est, perpendamus cum gratiarum actione, effaciq, imitatione.

Nempe si ille, qui est increata sapientia;

atque omnipotēs vir-

*Reductus ab Herode ad Pilatum flagellatur. Luc. 23.*

Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistris & plebe dixit ad illos, Obtulisti mihi hunc hominem quasi auertentem populum, & ecce ego coram uobis interrogans, nullā causam inueni in homine isto, ex his in quibus eum accusatis, Sed nec Herodes:nam remisi vos ad illum, et ecce nihil dignū morte aetum est ei. Emedatum ergo illum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis, per diem festum, vnum. Ex clamauit autem simul vniuersa turba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam, qui erat propter seditionē quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. Ite rum autem Pilatus locutus est ad eos, volēs dimittere Iesum. At illi succlamabant dicentes, crucifige crucifige eū. Illiciāt tertio dixit ad illos, Quid n. malefecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo. corripiam ergo illum & dimittam. Ioan. 19. Tunc ergo apprehendit Iesum Pilatus, & flagellauit.] Ps. 72. Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Ps. 68. Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui persequuntur me inimici mei iniusti: Quæ non rapui tunc exoluebam. Esa. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit; Et nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras



*Meditatio Metrica trilinguis in. VII. Aue Maria.*

Hispanicè.

**B**Endicta tu y el corrido  
**B**A Pilato ya tornado:  
 Cruelmente fue azotado:  
 De los malos mal herido.  
 Yo lo auia merecido:  
 El culpa no la tenia.  
**O**bendicta Aue Maria,  
 Gratia plena &c.

Italicè.

**O**Benedetta tu col Innocente  
 Al giudice Pilato ritornato,  
 Legato alla colonna, flagellato  
 D'infinti flagelli crudelmente.  
 Per noi patiua ciò tanto paciente  
 Il benedetto Agnel' immaculato  
 Trai carnesici tristi, e gente ria.  
**O**Dolce, o benedetta, Aue Maria,  
 gratia plena &c.

Latinè.

**P**Ræsidi à Rege innocuus remissus  
 Agnus, heu, dirè innumeris flagellis  
 Cæditur nudus sine labe, nostra  
 Debita soluens. Aue Maria. &c. pius ille per inuidiā  
 omnia i te fieri, bone Iesu, nec tamen abstinuit temerarias à te  
 manus, sed amaritudine repleuit animā tuā: sine causa illuden-  
 dum te misit Herodi: illusum recepit: nudū in conspectu irrisorū  
 stare iussit, nec pepercit amarissimis uerberibus virgineā carnē  
 tuā diuellere, plagas plagis, liuores liuoribus infligens. Electe  
 Puer Dñi Dei mei, qd tāta cōfusione dignū cōmiseras? Prorsus  
 nihil. Ego hō perditus totius cōtritionis, totius cōfusionis tuę cā  
 extiti. Ego Domine vñā acerbā comedī, et dētes tui obſtupuerūt:  
 quia q̄ nō rapuisti tūc exolutebas. Hic ipletū est illud Hiere. Fa-  
 cē ē mi. hære, mea quasi leo in silua, dedit cōtra me uocē ſrā

ſtras, aitritus est pro  
 pter ſcelera noſtra:  
 Disciplina pacis no-  
 ſtræ ſuper cum: &  
 liuore eius fanati ſu-  
 mus. Idem. 42. De-  
 di te in fædus populi  
 mei. Ludol. Car. Hoc  
 est quod in Genes. Do-  
 minus ait. Eſt arcus  
 meus in nubibus, &  
 eſt videbo illum, &  
 recordabor fæde-  
 ris mei ſempiterni,  
 quod paſtum eſt in-  
 ter Deum & oēm a-  
 nimā viuentem. Ar-  
 cus iſte fæderis X̄ps  
 eſt, per quē fæderati  
 ſumus Dco P̄ri, quē  
 Deus videt, & respi-  
 cit ea quæ pro nobis  
 ſuſtinuit. Ans. Et qui  
 dē non ignorabat im-

**C**oronatur spinis Rex & Sponsus noster Christus. Mat. 27.

**T**unc milites praesidis suscipientes Iesum in prætorium cōgregauerunt ad eum vniuersam cohortem, & exuētes eū, chla nydem coccineam circundederunt ei, & plectentes corona de spinis posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genuflexo ante eum illudebant ei dicentes, Ave Rex Iudeorū. Et expuētis in eum, acceperunt arundinem, & percussi at caput eius.] Di. Car. h. Percusserūt caput eius arundine, ut imprimarent illas spinas pungentes sacratissimo capiti eius: quo facto cœpit sanctissimus sanguis eius ex diuini capitit uulneribus, quasi ex viuis ac purissimis fontibus copiosissime emanare & per benedictū vultū eius descendere, ita ut tota facies eius gratosissima sanguine perfundetur. Compassionem, & intensissimam considerationem hac exigunt. Quis n. hec diligenter perpendens poterit dulcissimo Agno innocentii filio Dei non compati, & eius amore non affici, ac ad sustinenda aduersa non animari? Quod si non amamus eum, quia bonus, quia Deus & frater est noster, saltem idcirco eum amemus, quoniam tanta pro nostra salute perpessus est, tantaq[ue] nobis beneficia est largitus, & maiora spopodit. Cant. 3. Egredimini & videte filiae Siō, Regem Salomonem (hoc est, Pacificum Regem Christū) in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis il-



luis

## Meditatio Metrica trilinguis in VIII. Aue Maria.

Hispanicè.

**B**Endicta tu; y el moffado  
Blasphemado y scupido:  
Con las palmas sacudido:  
Y de spinas coronado:  
Con la caña el vil soldado  
La cabeza le heria,  
O bendicta Aue Maria,  
Gratia plena. &c.

Italice.

**O**Benedetta tu e'l tuo Ben'amato,  
Beffato, biasimato & Ischernito,  
Con guancie da maluagi mal'ferito,  
Et di pungenti spine coronato.  
Con la canna nel capo il vil soldato  
Lo percoteua. O fiera frenesia.  
O dolce, o benedetta, Aue Maria,  
Gratia plena &c.

Latinè.

**T**E probris, sputis, alapis, corona  
Spinea torquent (mea lux) caputq: nas Christus Dñs su-  
Hinc tuum canna feriunt scelesti  
Tam sacrosanctum. Aue Maria. &c. corona victoriae. Lu-  
dol. Car. Suauissimum mihi ceruical sit illa spinea corona, Dñe,  
capitis tui, super quā dulciter caput meū requiescat. Percutie-  
bant arundine caput pauendum dñmonibus, tremēdum ac re-  
uerendum cunctis cælorum virtutibus, & venerādum sanctis  
omnibus, caput benedictū in sæcula, à quo omnis benedictio nō  
solum in barbā, verum etiā in oram vestimenti totius Ecclesiæ  
manat. Cerne eum cum cordis amaritudine in singulis suis af-  
flictionibus, quia oīa sustinet q ipsi volunt quasi eorū scruius, &  
ad oīa taceat quasi mutus. Perforabat itaq; caput sacratissimū  
acerbissimæ illæ spinea, ac totū madefaciebat sanguine. Ecce

liu, & in die latitiae  
cordis eius. Ps. 31.  
Conuersus sum in a-  
rumna mea, dū con-  
figitur spina: ] Bed.  
In corona spine aquā  
portabat, nostrorum  
susceptio peccatorū  
ostenditur, quorū spi-  
nas remouit per spi-  
nas quas portauit.  
De his spinis dictū  
erat primo homini,  
Terra spinas & tri-  
bulos germinabit ti-  
bi: quia terra nostri  
corporis peccata ger-  
minat, que suis acu-  
leis conscientia no-  
stram sicut spina pū-  
gunt. Has ergo spi-  
ne Christus Dñs su-  
cepit portandas pro

*Ecce Homo populo monstratur à Præside. Ioan. 19.*

**E**xiuit iterum Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco vobis eum foras. ut cognoscatis quia nullā inuenio in eo causam. Exiuit ergo IESVS foras portans spineā coronam, & purpureū vestimentū, & dicit eis, ECCE HOMO. Cū ergo vidissent eū pontifices et ministri clamabant, dicentes, crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eū vos & crucifigite; ego n. nō inuenio in eo causam. Respōderūt Iudæi, Nos legem habemus, & secundum legem nostrā debet mori, quia filium Dei se fecit. Cūm ergo audisset Pilatus hunc sermonē, magis timuit. Et ingressus est prætorium iterū, & dicit ad Iesum, vnde es tu? Iesus autem responsū non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus, Mibi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatē habeo dimittere te? Respondet Iesus. Non haberes potestatem aduersus me ullam, nisi tibi datū esset de super. Propterea qui me tradit tibi maius peccatum habet. Exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabāt dicentes, si hunc dimittis, non es amicus Cæsari: omnis n. quis se regem facit contradicit Cæsari. Pilatus autem cūm audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedidit pro tribunali, in loco qui dicitur Libaniostatos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem Parasceue Pascha hora quasi sexta, & dixit Iudeis, Ecce Rex vester. Illi autem



Meditatio Metrica trilinguis in IX. Aue Maria.<sup>3</sup>

Hispanicè.

**B**Endicta tu y el mostrado  
Ecce Homo dolorido  
Rey de purpura vestido  
E scarnecido y burlado.  
A la muerte sentenciado  
A morir ya se partia,  
O bendicta Aue Maria,  
Gratia plena &c.

Italice.

**O**Benedetta tu et tuo Amor mostrato  
Ecce Homo, tormentato & auilito,  
Re de regi di porpora vestito,  
Per beffe è scherno como Re adorato:  
Dal giudice à morir mal sentenciato,  
Morir vuole p noi pronto e spedito:  
Al Padre volontier così obedia.  
O Dolce, o benedetta, Aue Maria,

Latinè.

**E**cce Homo ostesus populo fremeti  
Purpura indutus, capite & coronâ  
Spineam gestans. patientiae altæ  
Splendida imago. Aue Maria. &c.  
Si regi inuidetis, iam parcite, quia deiectum videtis. Flagella-  
sus est, et spinis coronatus est, ludibiosa ueste amictus est, amar-  
ris conuicijs illusus est, alapis cæsus est: feruet ignominia, friges-  
cat inuidia. Sed non frigescit, inardescit potius, et increscit. Dio-  
Cart. Christum Dñm illusum ante nostræ mentis oculos habe-  
mus, & inuestitu & exteriori apparatu, non vanè gloriemur,  
quoniam Dñs noster in uestitu illusus est. O quantus dolor appre-  
hendit et penetrabit cor dulciss. m̄ris, cù filiū suū unicū ac carissi-  
mū, quē plus amauit q̄ seipsum, sic vidit egrediētē ita cruenta-  
tū i vultu, sic crudelissimē tractatū, tā miserabiliter appareatē.

F Susce-



## Meditatio Metrica trilinguis in X. Aue Maria.

Hispanicè.

**B**Endicta tu; y el Rey mio  
Que a questas lleua su cruz ,  
Mi Saluador,y mi Luz ,  
Mi Salud,en quien confio:  
A su sacrificio pio  
A Caluaria ya subia .  
**O**bendicta Aue Maria,  
Gratia plena &c.

Italice.

**O**Benedetta tu & il Redentore  
Che sua croce per noi porta penoso  
Angoscioso,& afflitto,& doloroso  
Sene parte à morir il Saluatore:  
Sopporta gran dolor per nostro amore:  
O benedetto sposo si amorofo:  
Il monte di Caluaria gia salia.  
O dolce, o benedetta, Aue Maria ,  
gratia plena &c.

Latinè.

**I**Am crucis lignū tibi, mi Rēdēptor ,  
Baiulas pressis humeris ad Aram  
Golgothā tendēs uelut almus Agnus  
Sacrificandus. Aue Maria &c.

*miniæ documentum : si pietas, grande fidei munimentum : si spectet impietas, uidet regem pro uirga regni lignum sui portare supplicij: si pietas, uidet Regem baiulantem lignum ad seipsum figendum, quod fixus erat etiam in frontibus regum: in eo spernendus oculis impiorum, in quo erant gloriatura corda sanctorum. Dicituro enim Paulo, Mibi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi : ipsam crucem suam gestans humeris commendabat, et lucernæ arsuræ, quæ sub modio ponenda nō erat, candelabrum ferebat. Ludol. Occurrens nūc, anima mea. et vide amatorē tuū eī Dñm pro te crucē baiulatēm , & ad patibulum properantem.*


Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Ibid. 7. Talis n. decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innoceus, impolitus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus, qui non habet necessitatem quotidie, quem admodū sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Aug. Grāde spectaculum, si spectet impietas, grandeludibrium: si pietas, grande mysterium. Si impietas spectet, grande ignorantia.

*Ad tertię Decadis Orationem Dñicam Meditatio.*

**Q**ui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū. Ro. 8. Es. 53. Propter scelus populi mei percussi illum, & dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eo q̄ iniquitatem nō fecerit, nec dolus fuerit in ore eius.

**Io.** 15. *Maiorem* hac dilectionem nemo habet, ut animam ponat quis pro amicis suis.  
**Tit.** 2. *Quidedit* semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniustitate, & mundaret sibi populum acceptabilem sanctatorem bonorum operum. **i. Ti.** 2. *Qui dedit* redēptionē se ipsū pro oībus. **i. Co.** 1.

*Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, et sanctificatio & redemptio, vt quē admodum scriptum est, Qui gloriatur in Dño glorietur. Eph. 1. In quo habemus redēptionē per sanguinem eius, remissionē peccatorum, secundū diuitias gratiæ eius, quæ superabūdauit in nobis. Col. 1. In ipso complacuit Deo oīm plenitudinem habitare & per eū reconciliare oīa in ipsū pacificans per sāgninē crucis eius siue q̄ in terris siue q̄ in cælis sūt.*



## Meditatio Metrica trilinguis in. III. Pater noster.

Hispanicè.

**I**mperante Rey del Cielo  
Estremo de perfection,  
Salud nuestra y Redemption',  
Vida, luz, dulzor, consuelo:  
Salve nos tu amor y zelo,  
Qu'en la cruz resplandecia :  
Por la bendicta Maria.

Pater noster &amp;c.

Italice.

**I**mperante suprema Maiestade  
Estremo de virtute & perfettione,  
Salute, Pace nostra e Redentione,  
Vita, luce, dolcezza, amor, bontade,  
Sempre tua croce siami humilitate,  
Gloria, fe, speme, amor, consolatione,  
Protettion e fortezza. Tal mi sia,  
Per la Vergin dolcissima Maria,

Pater noster, &amp;c.

Latine.


**O**PATER noster, miserere nostri,  
Qui tuo sancto sine labe Nato  
Non pepercisti, veniam precamur  
Eius amore. Pater noster. &c.

misit in hunc mundum, ut viuamus per eum, id est, merito san-  
ctissimae conuersationis ac acerbissimae passionis eius munde-  
mur a uitijs, virtutibus impleamur. Sicque per gratiam in presen-  
ti, & per gloriam in futuro, spiritualiter, fæliciter, æternaliterque  
viuamus. In hoc est charitas, inquit, non quasi nos dilexerimus  
Deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum  
propitiatione pro peccatis nostris. Hæc est misericordissima ac  
gratiosiss. præuetio Dei: de qua ad Rom. inducitur, Comedit chæ-  
ritatem suam in nobis Deus, quoniam cum adhuc peccatores essemus,  
Christus pro nobis mortuus est, &c.

F 3 83

*Crucifigitur Redemptor noster. Luc, 23.*

**E**t postque venerunt in locum qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum, & latrones vnum à dextris, & alterum à sinistris: Ioan. Medium autem Iesum. Mar. Et impleta est scriptura quæ dicit, Et cum ini quis reputatus est. Ioan. Scripsit autem Titulum Pilatus et posuit super crucem: erat autem scriptus, IESVS NAZARENVS REX IUDÆORVM. In soûs Naçopâos Basileus Ioudaiow. שׁׁוּעַ נֹצֶרֶת מֶלֶךְ יְהוָה יְהוָה. Huc ergo titulum mul ti Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatē erat locus vbi crucifixus est Iesus: & erat scriptus Hebraicè, Graecè, & Latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum, Noli scribe re Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, Rex sū Iudæorum. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. Milites ego cū crucifixisset eum, acce perunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique mili ti partem, & tunicam. Erat autem tunica in consutilis de super contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem, Nō scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit, vt scriptura impleretur dicens, Partiti sunt vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sorcem. Et milites quidē hæc fccerūt.] Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam. Ps. 21. Foderūt manus meas & pedes meos: di numerauerunt omnia ossa mea, Diuiserunt si-



## Meditatio Metrica trilinguis. in. I. Aue Maria.

Hispanicè.

**B**Endicta tu, y El Rey bueno,  
Bendicto crucificado,  
De pies y manos clauado  
Christo IESVS Nazareno?  
Porque por mi pena peno:  
Por mi mi Dios padecia.  
O bendicta Aue Maria,  
Gratia plena, &c.

Italice.

**O**Benedetta tu e'l tuo Amore Santo  
Re GIESV Nazareno conficato  
In croce, & piedi e mani inchiodato  
Contanta e tal passion, e dolor tanto.  
O quanto per noi lui patisce, quanto?  
Quanto tormento in se sente cruciato,  
Morendo come al mondo conuenia.  
O dolce, o benedetta, Aue Maria,  
Gratia plena &c.

Latinè.

**P**Endis in ligno crucifixus, Agne,  
Et tibi palmas video perdesq;  
Christe, transfixos, mea Vita, clavis  
Hisce cruentis. Aue Maria &c.  
*Aspicient ad me quem configurerunt: &c. Et cap. 13. Dicent ei, Quid sunt plagi istae in medio manum tuarum? Et dicet, His plagiatus sum in medio eorum qui diligebant me: (id est, à posteritate patriarcharum, qui me dilexerunt.) Philip. 2. Hoc n. sentite in vobis quod & in CHRISTO IESV, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens, in similitudine hominū factus, & habitu inuetus ut hō. Humiliavit semetipsum factus obediens vsq; ad mortē, mortem autē Crucis. Propter qđ & Deus exaltauit illū; et do. il. no. q. ē su. o. no. ut in n. I. o. g. f.*

bi vestimenta mea, et  
super vestem meam  
miserunt sortē. Hier.  
I I. Ego quasi agnus  
mansuetus qui por-  
tāt ad victimā. &c.  
Cogitauerunt super  
me consilia dicētes,  
Venite mittamus li-  
gnum in panem eius  
(id est, crucem in cor-  
pus eius) Esa. 65. Ro-  
ma. 10. Tota die ex-  
pandi manus meas  
ad populum non cre-  
dentem & contradi-  
cētē mihi. Deu. 28.  
iuxta. 70. Erit pen-  
dens Vita tua ante  
oculos tuos. Dan. 9.


Post hebdomadas  
62. Occidetur Chri-  
stus, & non erit eius  
populus, qui eum ne-  
gaturus est. Zac. 12.

**O**rat in cruce Christus Dns pro crucifixoribus inimicis. Lu. 23.

**I**ESVS autem dicebat, Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faiunt. &c. Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes, Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus, Dci electus. Illudebant & ei milites accedentes, & acetum offerentes ei, dicentes, Si tu es Rex Iudæorum, saluu te fac: ]

Mat. 27. prætereūtes at blasphemabant eū monentes capita sua, et dicentes, Vah qui destruis templum Dei, & in tri duo illud redificas: saluat te ipsum: si filius Dei est, descende de cruce. Similiter et principes sacerdotum illudētes cum scribis & senioribus dicebant, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei: confidit in Deo liberet nunc eū, si vult: dixit enim,

Quia filius Dei sum. Id ipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. ] Esa. 53. Et ipse peccata multorum pertulit: & pro transgressoribus rogauit. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum; ut sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit; nec iniustus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat: cum patretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste: qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui iusticiæ vivamus, cuius liuore sanati estis. 1. Io. 3. Apparuit ut peccata nostra tolleret, et peccatum in eo non est. Chry-



## Meditatio Metrica trilinguis in II. Aue Maria.

Hispanicè.

